

Mi Karissime gener.

410

182

Heri, quum Amsterodamo revertere mur, invenimus literas
tuas, quibus significas, redi ad vos pervenisse et baryram
& horologium. Quid quum mitterem, cursum illig paulatim
anticipat^{ba} campanam ve. horis. Forte, quia in itinere
quiescit, sequius factum est. Reparator id asseruit 30.
florinis. Nupos meus cum uxore, admodum debili, &
ut videtur, tuberculis, jam Primum repetit Amsterro-
damo undies tentis. Primogenita eorum Geringunda
mortua est; quod eos valde contristabat. Per absentiam
Elisabethae filiola gravata incipit. Uter mater in
angustia erat. Deus eos viciniorum domum reducat.
Valde desiderant et ipsi vestram praesentiam. Interim
vos diligenter salutarum jusserunt. De negotio Labatiani
Deum oro, ut eveniat ad bonum Eclisiz. Libelli, qui
in Wolzogenium Duntis, testes sunt factionis, quae est
in Eclisya et maxime de. Libellum vander Wuygen
vidi Amstelodami. Inveni in eo et me citatum ex Epi-
stola ad Episcopos, sed sine improbatione. [D. Heidanus
in itinere febrili correptus est. Ubi jam sit, ad hoc respicis.
Quum is redierit domum, videbimus, quid rescribendum sit
Groningani.] Quid D. Tellingius locutus sit de gloria
Dei, non satis percipio. Nullo modo potest dici gloria
Dei bonum Dei. Bonitas Dei est quod ipsi bonum redi-
dat in nostrum bonum. Haec separari non possunt in
quaestione Dei. ^{Simil} illa sunt. Honor Dei est, ut
bene nobis sit in eo. quando volumus nobis esse bene in
Deo, volumus honorem Dei. Illud ipse bene esse nobis,
est cognoscere eum laetitia. Sed superat hoc bonum
captum nostrum. Amsterodami audiri Concionantem
Sylvium. Is dicebat, nos debere Deum gratis amare, sine
infinita mercede: etiam si melius debet propter bonitatem
Dei. Id ego interpreto, nos debere quidem velle
Deum esse, quod est; sed non debere velle eum esse nostrum
bonum. Ita solebat etiam Hooraboeckius philoso-
phari. Ego viros tales subtilitates. Mittimus
tuo Lexici Exemplaria; ut filij dicit te jussisse.
Valete optime. Hodie vos et Matrem optima
ex animo salutant. Lond. P. Aug. 1669.

